

De anomalïæ Solis emendatione, & de locis  
eius præfigendis. Cap. XXIII.

**H**Æc si subtraxerimus ab annuo motu simplici, qui est  
rat graduum CCCLIX. scrup. primorū XLIII, secundorum  
XLIX, tertiorum VII, quatorum IIII, remanebit annuus anomalïæ motus æqualis, CCCLIX.  
scrup. prima XLIII, secūda XXIII, tertiã XLVI, quarta L. Hæc  
rursus distributa per CCCLXV. diurnam portionem, exhibebūt  
scrup. prima LIX, secūda VIII, tertiã VII, quarta XXII. Consen-  
tanea illis quæ in tabulis supra exposita sunt. Hinc etiam habebimus  
loco principiorum constitutorum, à prima Olympiade incipientes.  
Ostenſum est enim, quòd xviii. Calend. Octobris Olymp. DLXXIII  
anno secundo, dimidia hora post oriū Solis fuerit apogæum Solis  
mediū grad. LXXI. scrup. XXXII. unde Solis distātia æqualis  
partiū LXXXIII. scrup. III. Sunt quæ à prima Olympiade anni  
Ægyptij II. CC. XC. dies CCLXXXI. scrup. XLVI. in quibus  
anomalïæ motus est, reiectis integris circulis, grad. XLII. scrup.  
XLIX. Quæ ex LXXXIII. gradibus & III. scrup. ablata,  
relinquunt gradus XL. scrup. XIII. ad primā Olympiadem  
anomalïæ locum, ac eodem modo uti superius, annorum  
Alexandri locus grad. CLXVI. scrup. XXXI. Cæsaris CCXI.  
scrup. IIII. Christi grad. CCXI. scrup. XIII.

Expositio Canonica differentiarum æqualitatis  
& apparentiæ. Cap. XXIII.

**V**T autem ea quæ de differentijs motuū Solis æqualitatis  
& apparentiæ demonstrata sunt, usui magis accommodentur,  
eorū quoque tabulam exponemus, sexaginta uersus habentem,  
ordines autem siue columnellas sex. Nam bini primi ordines  
utriusque hemicyclij, ascendentis inquam & descendētis,  
numeros continebunt, coagmentati per triadas graduū,  
uti superius circa æquinoctiorū motus fecimus. Tertio ordine  
scribent partes differentïæ motus apogæi Solaris